

scriptam de istis talibus immondicijs projectis et ipsas portare ad illum locum, qui deputatus fuerit per maiorem partem eorum ut dictum est. Et ut hec nostra bona intencio tantum utilis adimpleatur et ut commune nostrum tantum aggrauatum prout omnibus satis patet de hoc aliquam non substineat expensam et etiam ciues et fideles nostri Candide non grauentur et considerato quod predicta male possunt fieri sine expensis ex nunc sit captum quod quilibet forensis qui accipiet monouaxias uel alia uina de insula nostra Crete pro conducendo illa ad alias alias partes extra Culsum sicut ad presens soluunt yperpera tria pro qualibet buta trium bigoncium, ita de cetero soluant yperpera quinque et similiter ex nunc sit captum quod quilibet forensis qui accipiet casum de dicta insula pro portando ipsum ad alias alias partes extra Venecias, soluat yperpera duo pro quolibet miliari ultra solitum. Qui denarij taliter exacti debeant omnes reseruari pro reparatione dicti portus et pro netatione terre et pro faciendo alia necessaria pro reparatione illius terre et in aliquo alio non possint expendi ullo modo uel ingenio sine uoluntate et consensu nostris sub pena ducatorum centum pro quilibet ducha et consiliarijs contrafacentibus, que pena tociens exigatur quociens predictis fuerit contrafactum. Et hec iniungantur in commissionibus duche et consiliariorum Crete futurorum. De non 50-58.—Non sinceri 26-17.

## 8

F<sup>o</sup> 34<sup>r</sup> Καταργοῦνται μία ἥλη ξένων ἵππεων καὶ δύο λόχοι ξένων πεζῶν ἐν Χάνδακι, ὡς μὴ ἀναγκαῖοι, διότι οἱ ἐντόπιοι εἰναι πιστοί καὶ ἀπέκτησαν τὴν δέουσαν πεῖραν. 1385, Ιανουαρίου 13.

## 9

F<sup>o</sup> 38<sup>r</sup> Πρὸς μεταφορὰν λίθων διὰ τὴν ἐπισκευὴν τοῦ λιμένος ἀπεστάλη κάτερογον ὑποδείγματος νηοπομπῆς Φλανδρίας· ἐπειδὴ τοῦτο ἀπεδείχθη ἀκατάλληλον ἐπωλήθη ἐν πλειστηριασμῷ εἰς τὸν εὐγενῆ Χριστόφορον Πιζάνην καὶ ἀπεστάλη ἔτερον ὑποδείγματος νηοπομπῆς Ρωμανίας. 1385, Ιανουαρίου 27.

## 10

Περὶ πωλήσεως προικών οἰκίας ἐν Χάνδακι καὶ ἀγορᾶς τοιαύτης ἐν Βενετίᾳ. 1385, Μαρτίου 19.

F<sup>o</sup> 51<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo LXXXV, die XVIII<sup>II</sup> Marcij.

Capta. Quod scribatur duche et consiliarijs Crete in forma infrascripta uidelicet; exposuit nobis uir nobilis ser Phylippus Pisani dilectus ciuis noster quod ipse habet unam suam domum in ciuitate nostra Candide super qua dos seu 5 repromissa nobilis done Caterucie uxoris sue assecurata est. Cum autem ipse ser Phylippus intendat uendi facere dictam domum, scribimus et mandamus uobis quatenus permittere debeat ser Phylippum seu procuratores suos uen-

